



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

81

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

79 *causae*: Rot. d. decis. 178, nu. 2. Nam defectus *causae* reddit nullam interpositionem decreti super alienatione. Gemin. *conf.* 48, nu. 9. & licet pro decreto in dubio praesumatur, tamen admittitur probatio in contrarium, quod non subit necessitas, neque utilitas. Rot. ead. decis. 178, nu. 3. & 4. nec sufficit qualisqualis *utilitas*, † sed requiritur, quod sit evidens utilitas, tanquam causa finalis alienationis bonorum ecclesiasticorum, cap. 1, de reb. Eccl. non alien. in 6. Socin. *conf.* 15, nu. 57, lib. 1. Corn. *conf.* 244, nu. 3, lib. 2. Rado. eod. tract. de reb. Eccl. non alien. *quast.* 19, nu. 62: & *quast.* 20, nu. 83: Borg. *decis.* 45, nu. 36, lib. 1. & Rot. *decis.* 178, nu. 8, & 10.

81 Solemni *actus* enim † non solum requiritur in simplici alienatione, sed etiam in transactione inter rectorem ecclesiae, & emphyteuticarium facta, quae requirit eandem solemnitatem, quam requirit alienatio. Bertran. *conf.* 172, nu. 2, & seq. lib. 2. Dec. *conf.* 46, nu. 9, lib. 1. Borgn. d. *decis.* 45, nu. 14, & seq. & Ant. Mar. de can. in *conf.* impress. post. Borg. *decis.* 46, nu. 86, cum pluribus seqq. lib. 1. & quam-

vis contrarium, quando emphyteuta est in possessione, quia tunc transactio non videtur alienatio, teneat Jas. in l. iusjurandum, quod ex conventionem, §. papillus, nu. 4, vers. aliquando tamen, ff. de iurejur. allegando tex. & etiam Bart. in l. si pro fundo, C. de transact. & gloss. in l. penult. C. de usucap. pro emptore, d. lex, si pro fundo, † super qua fit omne fundamentum, loquitur in majori ibi; nec eo tempore minor annis 25 fuisti, sed a majori ad Ecclesiam non licet arguere, quia Ecclesia non majori, sed minori aequiparatur. Bart. in l. 1, nu. 3. & ibi Bald. etiam nu. 3, C. si adversus transact. & in terminis, quod transactio de bonis ecclesiasticis sine decreto Superioris non valeat, tenet Bart. in d. l. 1, nu. 3, C. si adversus transact. & quae in contrarium allegari possent, procedunt in feudo, & in emphyteusi seculari, & ex diversis non fit illatio,

*l. Papinianus exuli, ff. de minoribus.*

\* \* \*

FINIS PRIMÆ PARTIS.